

## **Disputatio medica publica de dolore in genere / [David Zollicoffer].**

### **Contributors**

Zollicoffer, David.  
Hoffman, Johann Moritz, 1653-1727.  
Universität Altdorf.

### **Publication/Creation**

Altdorf : Schönnerstädt, 1682.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/tr2z3nnt>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. B. V.

DISPUTATIO MEDICA PUBLICA

De

# DOLORE

in genere,

QUAM

AUSPICE DEO,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
ATQUE EXPERIENTISSIMO,

DN. JOH. MAURICIO HOFFMANNO,  
Phil. & Med. D. Anat. & Chem.

Prof. Publ. Celeberrimo,

*DN. Patrono ac Præceptore perenni observantiâ  
& Amore devenerando.*

Ad d. 16. Septembr. M. DC. LXXXII.

Placido Philiatorum Examini submittit

DAVID ZOLLICOFFERUS, Sangallo-Helvetius.

*Author & Respondens.*

ALTDORFFI

LITERIS SCHÖNNERSTÆDTIANIS,



*Amplissimis, Nobilissimis, Prudentiss. & Consultissimis*

**VIRIS**

**DN. JOH. JOACHIM. HALTMEIERO,**

**DN. JOACHIMO KUNKLERO,**

**DN. OTHMARO APPENZELLERO,**

**Inclytæ Reipubl. Sangallensis Consulibus**

**Magnificis,**

*Ceterisq;*

**Ejusdem Reip. Proceribus, Proconsulibus, Senatoribus, Tribunis &c.**

**PATRIÆ PATRIBUS**

**Speculatissimis,**

*Nec non*

*VIRO Amplissimo & Excellentissimo,*

**DN. TOBIÆ BAUMGARTNERO,**

**Med. Utriusque D. Reipubl. Archiatro & Senatori  
celeberrimo,**

*Ut &*

*Nobilissimo, & Prudentissimo Viro*

**DN. HERMAN. ZOLLICOFFERO,**

**Judicii Civilis Vicario & Mercatori, Patri Optimo,**

**DOMINIS, MOECENATIBUS, & PATRONIS**

*suis summâ observantiâ prosequendis*

*hasce Studiorum suorum Medicorum primitias humillimè  
offert*

**David Zollicofferus.**





J. J.

## Prooemium.



Ubi inter sensus externos de nobilitate ac dignitate examen instituunt, Visus principatum deferunt, quod Medium subtilissimum atque coeleste, & Objectum amplissimum obtineat. Sed ubi de utilitate sensuum ac necessitate quaestio incidit, Tactus reliquis praeminere censetur, quo nec vilissimum Insectum carere potest, & cujus ope non tantum rerum externarum conditionem & varietatem addiscimus, sed ipsius etiam Corporis nostri indigentias cognoscimus; Cibi v. gr., quando stimulus fermenti Ventriculi, potus, quando faucium ariditatem patimur. Verum hic ipse, si quando vel Objecti, vel Organi, vel utriusque etiam vitio praeternaturaliter afficitur, Homini molestissimus evadit, id, quod vel maximè Dolor comprobat, symptoma illud multiforme, omnibus tantum non Morbis socium, quod cum & ipsum Aegros pessimè habeat, tum plurimorum aliorum Affectuum, ut Vigiliarum, Delirii, Convulsionum &c. non raro causa existat, praesentaneam quandoque opem, neglecto ad tempus Morbo primario, unde dependet, efflagitat. Ejus igitur Naturam & Curationem in genere speciminis publici loco pro viribus excutere impraesentiarum constitui, cui coepto ut Deus Ter Opt. Maximus, qui hucusque studia mea clementer dirigere dignatus est, gratiam suam adfit, ardentibus Eum precibus imploro.



\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*

§. I.

**D**olor græcè dicitur ὀδύνη, ἄλγος, ἄλγημα, πόνος, quod posterius tamen notante *Dieteric. Jatr. Hippocr. p. 1045.* reliquis latius patet, quippe laborem etiam, lassitudinem, & defatigationem significans. Ad Homonymiam pertinet, quod doloris vox nunc generalius, pro ea etiam offensa accipitur, quam præter Tactum reliqui sensus ab Objecti proprii minus commodi actione patiuntur, ut quando Visum Lux major offusa, Auditum strepitus immanior molestat; nunc autem strictius, & genuino magis sensu, qui hujus etiam loci est, pro solius Tactus passione inuavi sumitur.

II. Definiri potest, quod sit Molestia in sensu Tactus, à fibrarum nervearum, Tactus Organum Externum constituentium, validiori vel aliàs inconvenienti commotione & quandoque divulsione, spirituum Animalium in iis & Cerebro undulantium æquabilem motum alterante & pervertente, proveniens.

III. Dum generis locum in Definitione doloris plerumque aliàs tueri solet sensio, quando is per tristem sensationem describitur; placuit hujus loco genus ejus constituere molestiam, cum dolor non tam videatur esse ipsa sensio, quàm ejus adjunctum quoddam sive symptoma, optimè per molestiæ vocabulum exprimendum.

IV. Jam cum omnium consensu res sit præter naturam Dolor, nec tamen ad morbum, vel causam morbi referri queat, reliquum est, ut ad symptoma & quidem Actionis auctæ non depravatæ reducatur, cum objectum sub propria & non aliena schesi, tale, quale ipsum est, apprehendatur, id quod imprimis prolixè deducit, & solidè evincit *Vir Magnificus, Nobiliss. Excellentiss. ac Experientiss. DN. JACOBVS PANCRAIVS BRVNO, Philos. ac Med. Doct. Theor. ac Prax. Prof. Publ. longè Celeberrimus, Universitatis b. t. Rector, Patronus ac Præceptor omni animi cultu jugiter devenerandus* in Dogmat. Medicin. General. p. 273. seqq.

V. Differentia specifica, reliquis Definitionis verbis comprehensa subjecti & causæ proximæ denominatione conficitur. Illud dixi esse fibras nerveas per totum ferè corpus disseminatas cum spiritibus



bus in iis hospitantibus; hanc verò incongruam & nimis violentam tum fibrarum, tum spirituum commotionem aut divulsionem, quod cum nunc pluribus exponendum veniat, Historiam Tactûs præmittere consultum erit, ad cuius hinc normam, quæ de ejus læsione in dolore dicentur, exigi possunt.

VI. Tactus ergo est Sensus Externus, cuius ope multifarias Corporum naturalium habitudines, qualitates tactiles dictas, addiscimus. Objectum is præ reliquis sensibus amplum & minus ad generalem aliquam agendi rationem reducibile habet, calidum nempe & frigidum, humidum & siccum, durum & molle, asperum & læve, grave & leve &c. quas tangibilium Classes omnes uni tangendi potentiæ subesse plerique equidem judicant, aliqui tamen tot distinctas Tactûs species, uno tamen Organo utentes, constituunt, quos insigniores objectorum differentias reperiunt, imprimis autem pro calidi & frigidi dignotione distinctum planè sensum Cel. Sylv. facit Prax. Med. L. II. cap. 2. p. 393. Cui suffragatur *Excell. Dn. Doct. Bohn.* Exercitat. Physiol. XXI. Dum interim idem illi & Tactûs sensui Organum tribuunt, eodem etiam Tactûs generali nomine hætenus venire posse crediderim.

VII. Organum Tactûs Externum, quod nunc considerandum, est id, quod ab Objecti contactu proximè afficitur, & figuram ac situm mutare cogitur. Sed quænam hæc Corporis pars sit, aliquantum Autores variant, quorum alii solam cutem, ejusque certa tantum Corpora nervosa, Inventori *Malpighio* papillaria dicta; alii membranas & quicquid indolis est membranæ; alii denique fibras nerveas totius Corporis pro adæquato Tactûs Organo habent, ut reliquas minus probabiles, nec æquè receptas Authorum sententias non recenseam. Quantum ad cutem, eam imprimis, quæ volæ manûs subternitur, & extremos digitorum apices investit, concedendum quidem est, quòd Tactûs Instrumentum primarium existat, quoniam præ aliis partibus minutos etiam, & minus violentos objectorum ictus promptè excipit, & sensorio communi distinctè offert; inde tamen pro solitario Tactûs Organo haberi non debet, quemadmodum nec sola cutis manûs, exquisitiùs quàm reliqui Corporis cutis sentiens pro eo habetur. Manus enim quippe apprehensioni cunctorum occurrentium destinata, omnes illorum Differentias distinguere debuit; reliquis autem partibus, imprimis inter-



nis sufficit, si commodorum & incommodorum Corporum præsentiam per voluptatem vel dolorem indicant. Hujus autem differentiae ratio ex ipsius Organi diversâ nonnihil structura petenda est: videntur enim papillæ cutis, quas in minutissimas fibrillas capillares desinere Malpighius observat, teneriores, & hinc ad levissimi cujusque occursum mutabiliores esse, quàm reliquæ Corporis substantiæ nervosæ Tactui ministrantes, quas non nisi majoris activitatis Corpora ad mutandam figuram, & spiritus inde ad Cerebrum similiter commovendos urgere possunt. Tenerrimam papillarum cutis texturam, & spirituum fortè Animalium majorem, quàm in aliis hominibus, mobilitatem, conciperelicet in cœco illo, qui, observante *Illustr. Boyl. Experim. de color. p. 42.* colores opè Tactûs distinguere poterat: cui contrariam planè Organi dispositionem Elephantiacos habere necesse est, item eos, qui prunas, Metalla fluida &c. nudis manibus impunè tractant, de quo vid. *Excell. Binninger. Cent. I. Observ. 8. p. 10.*

IIIX. Qui fibras nerveas totius Corporis pro genuino Tactûs Organo agnoscunt, & illi, qui membranis id muneris tribuunt, parum ab invicem discrepare videntur, & faciliè conciliari possunt, siquidem nec fibræ nerveæ sine contextu membraneo; nec membranæ sine fibris nerveis existunt. Interim tamen cum fibrarum nervearum nomen præter substantiæ rationem formam etiam ad explicandum Tactum magis commodam, & à nervis dependentiam majorem involvat, ac per eas faciliùs demonstrari possit, cur una membrana acutiùs sentiat quàm altera; (quod minus feliciter succedit, si membrana, quâ talis, sentire statuitur,) has etiam fibras nerveas potiùs quàm membranas Tactûs Organum dicendas existimo, & membranaceas substantias ac alias quasvis saltem sentire, quatenus fibris his præditæ sunt, quæ quemadmodum Originem a Nervis ita substantiam cum iis eandem habere videntur, exteriorem scil. duriorrem & magis membranaceam, interiorem autem molliorem & quasi medullarem, ex ramusculis minus rigidis constantem, quanquam differentia inter eas, quæ superficiem Corporis obsident, & reliquas profundius sitas, §. 7. notata, observanda sit. Omnes interim eam obtinent texturæ & pororum rationem, ut tum spiritus Animales ad plenitudinem quasi faciliè admittant, tum impressionem Objectorum iisdem communicent, & tendentiæ eorum sine renitentia



tentia promptè obsequantur. Atque his tum tenerioribus, tum in majori copia præsentibus, tum etiam ab intextu aliarum partium magis liberis debetur, si pars aliqua præ alia sensu exquisitiore pollet, uti imprimis sunt Membranæ, hinc Musculi; viscera autem & glandulæ obscuriùs sentiunt, quibus aliqui etiam accensent ossa, quanquam plures alii sensum ipsis omninò denegent, firmioribus, meo iudicio, rationibus apud Diemerbroeck. Anatom. Libr. IX. p. 772. videndis; inde tamen eximendos censeo Dentes. quos & stupor, quem aliquando patiuntur, & Nervuli in illorum substantiam, *Excell. Dn. D. Bohn.* Exercitat. Physiol. II. teste, apertissime abeuntes, sentire ostendunt; cui accedit Historia illa, quam *Clariss. Bartholin.* Anatom. Libell. IV. cap. 12. p. 727. adducit de Moniale, quæ, cum dentem, præ aliis longitudine deformem secari curasset, convulsa statim & Epileptica decidit, in Dentis autem abscissa parte Nervi vestigium apparuit.

IX. Mediatum igitur & Organicum Tactus Instrumentum sunt sæpius dictæ fibræ, immediatum autem & magis principale, spiritus Animales, qui in Cerebri & Cerebelli cortice ex subtilissimo sanguinis flore & aliqua forsan Aeris portione per modum segregationis, vel virtutem fermenti cujusdam Salini Volatilis primum geniti, & in Cerebri medullari substantia copiosè aggesti, dum à subsequenter jugiter novis spiritibus in appensos Nervos eorumq; propagines urgentur, per totum Corpus continuâ quâdam serie se expandunt, unde si eorum quidam in Organo v. gr. aliquo Tactus existentes ab objecti actione percelluntur, fieri non potest, quin proximi quiq; continuâ quâdam successione ad Cerebrum, usque & sensorium commune similiter commoveantur, motumq; sensorio impressum ibidem describant, unde Anima ex ejus conditione ad objecti constitutionem concludendo, quale illud sit, dignoscit.

X. Hæc de Tactu præmittenda erant, ut expeditiùs nunc liceret Doloris scrutinium prosequi. Ordo igitur Dissertationis Nos deducit ad considerationem subjecti, quo nomine id, quod objecti improporionati actionem statim excipit, sumitur, & sunt partes omnes Corporis fibris nerveis præditæ, pro quarum varia proportionem & conditione variè etiam se ipsæ partes ad Objectum incommodum habent, & vel faciliùs ab eodem afficiuntur, vel minus. Præter hanc autem generaliore & naturalem rationem  
variæ



variæ adhuc subsunt causæ particulares & p. naturales, si quando hæc vel illa pars præ alia dolori obnoxia deprehenditur, ut cum huic à quavis occasione Caput, alteri Dentes, Articuli, Renes &c. dolent; adest nempe in his casibus prava quædam dispositio partium dolentium, & quandoque etiam humorum corporis, nunc ab utero, nunc post contracta, quæ qualis propriè sit, difficile est ostendere, videtur tamen ea imprimis (quando in parte solida hæret) vel in turbato pororum ejus & fibrarum ordine, vel in fibrarum debilitato robore consistere, unde ratione prioris fit, ut, dum particulæ alienæ in Corpus admittæ reliquas partes faciliè pervadunt, hic ob poros ineptos moras neçtere cogantur: ratione posterioris autem contingit, ut à fibris laxioribus, & hinc ad constrictionem ineptis, excuti & transmitti nequeant, simili ratione ac membrum paralyti correptum intumescit, dum Spirituum animalium influxu & debito fibrarum tono destituitur. Si autem præter partis dolentis vitium, vel illà fortè aliàs sanâ, diathesis illa morbosa, datâ quæque occasione suscitabilis in humoribus hæreat, tunc talem particularum peccantium ratione figuræ habitudinem concipere licet, quæ cum poris hujus vel illius partis potiùs, quàm aliarum connubatur.

XI. Post subjectum perpendendæ veniunt causæ doloris. Proxima est vehementior fibrarum nervearum agitatio & compressio, spirituum Animalium expansioni validiùs renitens, eorumq; æquabilem motum alterans & pervertens. Hoc ut melius pateat, notandum est ex §. 9. quòd Cerebrum, ceu spirituum Animalium fons, tum ipsum iisdem turgeat, tum eorundem copiam in universum nervosum genus continuò distribuat. Unde colligere licet spirituum Animalium motum maximè naturalem & ordinarium hunc esse, quo à Cerebro regulari quodam cursu (qualem etiam intra fibras adhuc tenent) feruntur ad partes; huic verò contrarium eum, quo vi Objecti alicujus in Cerebrum retroaguntur, & ex leni in fibris undulatione in impetuosiores motum concitantur. Jam ergo si quid incidat, quod fibras nerveas leviter comprimendo, & agitando, placidum spirituum recursum causetur, illud nudam sui perceptionem absque molestia efficiet, contrà ubi fortiùs aliquod Objectum cum violentia fibras adoritur, spiritusq; vi quasi repulso in varias *ἀταξίας* adigit, perceptio conjunctum habet dolorem, cujus



jus causam proximam plerique alias explicare solent per solutionem continui fientem sive intentatam in Organo Tactus, & Ingeniosissimus! Cartesius fibras nerveas actu rumpi existimat à quovis Objecti dolorem inferentis ictu, quam tamen sententiam dubiam reddunt dolores diuturniores, plures aliquando dies, imò septimanas unam aliquam partem atrociter affligentes, cujus fibras omnes unâ etiam horâ consumpsissent, & sic dolorem, qui fibris laceratis cessat, ledissent.

XII. Causam proximam & immediatam producit mediata propinqua, cujus rationem habet, quicquid vel exterius Corpori nostro admotum, vel in eo genitum fibras nerveas & in his spiritus in figuras & motus planè irregulares torquet. Quæ ab extra accedentia dolorem faciunt, vel rodendo agunt, vel pungendo, vel comprimendo & contundendo. Rodendo, quæcunque cum majori vel minori partium tenuitate, easdem etiam asperas & inæquales habent, ut fibris impactæ eas undiq; irritent, & perfrumpendo easdem quandoque atterant, cujusmodi fortè sunt particule Ignis, item Caustica potentialia, aliaque acria. Pungendo, acuta quæcunque Artificialia vel Naturalia, quorum spicula tenuia dum in fibras adiguntur, easdem dividunt & divellunt, quò pertinent omnes morsus & ictus Animalium, ubi tamen præter Instrumentum acutum, uti aliorum Symptomatum, ita doloris immanioris præcipua causa videtur esse Liquor quidam acerrimus, furoris, quem animal concepit, ideam impressam gerens, quo de legi potest Disput. de Morsu Viperae. *Excell. Dn. Doct. Ettmüller. Punct. V.* Comprimendo deniq; & contundendo agunt corpora obtusa & solida.

XIII. Res in Corpore genitæ dolorem inducunt vel mole & quantitate sua, vel qualitate. Quantitate hoc faciunt, si in parte aliqua præternaturaliter hærentes substantias ejus sensiles premunt vel distendunt, uti sunt, tum solida, v. gr. ossa luxata, calculi Renum & aliarum partium (quarum nullam iis non aliquando infestari, innumeræ Authorum testantur observationes, vid. *River. Observat. communicat. p. m. 328.*) læves, aliaque nullam asperitatem habentia; tum fluida, omnes scilicet collectiones humiditatum non acrium in partibus vel membranis, quæ, uti etiam solida, dolores minus acutos gignunt, eosque vel gravativos vel tensivos, de quibus infra.

XIV. Quæ qualitate molestæ dolorem faciunt substantiæ in Corpore



pore genitæ, ad solidorum itidem, vel fluidorum Classem pertinent. Solidorum exempla præbent Calculi & Lapilli asperi, ossa fracta, eorumque abscedentia ramenta, fibras nerveas acutie sua & inæqualitate vellicantia; vermes item, qui in Intestinis sæpissimè, tum in aliis etiam partibus dolorum Authores sunt. Exemplum pueri diuturno Capitis dolore laborantis, qui tandem per Nares vermem eiecit dolore inde cessante, præstat apud *Fabric. Hildan. Cent. I. Observ. 8. pag. 19. Et Bartholinus Centur. 3. Histor. Anatomicar. 96.* intensissimos dentium dolores à vermibus intus latentibus ortos esse per adducta Exempla probat.

XV. Frequentissima autem Dolorum causa existunt humores Corporis nostri, tum in proportionem ad invicem, tum in crassi sive temperie sua vitiiati. Quantum ad prius, cum docente *Hippocrat. de prisç. Medicin.* in homine insit & amarum, & salsum, & dulce & acidum, & acerbum, & insipidum, aliaque sexcenta, quæ mixtione & mutuâ inter se contemperatione neque cernuntur, neque molestiâ afficiunt; ubi horum unum extra proportionis ad reliqua limites, eminet, hoc tunc hominem molestia afficit, & cum aliorum Affectuum copia dolores etiam varii generis efficit. Vnde videmus Naturam adeò sollicitè unius qualitatis præ reliquis excessum, & inde metuendas noxas præcavere, quando chyli à Liquore fermentali Ventriculi contractæ aciditati statim in Intestino Duodeno Bilem, sale contrario acidum obtundente prægnantem, opponit, & secundum *Cel. Sylv. Excell. D. Doct. Bobn.* aliosque succi Lymphatici aciditatem per admistionem spirituum Animalium de sulphurea progenie in glandulis conglobatis temperat, eadem ratione atque spiritus minerales acidi à spiritu Vini addito mitigantur & dulcificantur, obtusis illorum aculeis. Inde est, quod chylus & sanguis, quamvis ex diversis adeò cibis & succis consistant, nullum tamen eorum, gustu iudice indicium præbeant, sed saporis ferè expertes observentur. Atque hinc cum omnes Corporis nostri humores in statu naturali concinnè adeò sibi contemperati, & partes eorum rigida mollioribus, acres dulcioribus involuta quasi sint, sine incommodo partium & speciatim fibrarum nervearum, eas undique pervadunt & attingunt: ubi verò partes rigida & acres ita abundant, ut à reliquis subigi, & refrænari nequeant, illæ, quippe nudæ & sui juris existentes, fibras sensiles vellicant, & doloris sensum efficiunt.



XVI. Sed quando jam pressius designandum venit, quanam & quales sint illi humores vitiosè abundantes, tum Veteres quidem quatuor suos humores, sanguinem strictè dictum, pituitam, bilem & melancholiam producant, eosque quemadmodum pacati, ita etiam turbati Oeconomiae nostrae statûs primarios Authores constituunt. Imprimis autem hîc crebrò peccare observatur Bilis, quæ alcali Recentiorum respondet; & Melancholia, quæ est illorum acidum. Recentiores autem, prout vel ex Sale, Sulphure & Mercurio, vel ex spiritu, Sulphure & Sale, vel ex alcali & acido cum Principiis passivis omnia Corporum naturalium, & nostri præsertim, phænomena explicant, doloris etiam rationes ex dictis Principiis præternaturaliter abundantibus desumunt. Præ reliquis autem salia ad excitandos dolores maximè apta habentur, ob rigidam & angularem eorum texturam, & quia aliàs maximæ activitatis esse observantur, tum ubique in Macrocosmo, tum præsertim in afficiendo Gustu, cum Tactu maximam affinitatem habente, quem, si puriora & aliarum particularum complexu minus intricata sint, validissimè feriunt, ita ut Apoplectici, Epileptici, Hystericæ, qui nullâ aliâ ratione excitari possunt, per spiritum Sal. Armoniac. ceu Sal Volatil. solutum, Linguae ad paucas guttas aspersum, sæpissimè ad se redeant; cujus notabile Exemplum præbuit Heidelbergæ Pistor quidam, qui post acceptam vehementem Capitis plagam statim concidit, & nec frictionibus plantarum pedum setis factis, nec spiritu Sal. Armoniac. naribus admoto, nec Instrumentis acutis profundè in carnem adactis excitari poterat, quem tamen hic ipse spiritus ad guttas aliquot ab *Excell. Dn. Doct. Franco, Patrono & Præceptore meo æviternum colendo*, super Linguam fusus, momento citiùs erexit. Cum præterita hyeme cum Amicis quibusdam cani alicui hujus spiritûs 3j in venam Iliacam siphone infunderem, factum est, ut eo ipso puncto intrusionis exspiravit, qui modò vegetus & vicacissimus erat, hinc sanguinem per totum venæ cavæ ductum congrumatum vidimus, similiter ac immixtis aliquot Ol. Vitriol. guttis aliâ vice observavi, unde obiter mirari subit eundem congrumationis effectum ab alcalibus pariter aliquibus ac acidis provenire, quod ipsum nuper etiam, præeunte *Excellentiss. D. PRÆSIDE* notavimus, dum sanguinem ex Arteria canis emissum spirit. Sal. Armoniac. æquè ac spirit. Vitriol. congrumavit, & atrum reddidit, quem contra Ol. Tartar.



p. d. fluidum admodum & floridum fecit. Jam cum duæ Salium Essentiales Differentiæ habeantur, acidum np. & alcali ( quæ juncta tertium dant salum seu enixum ) ad quæ omnia reliqua reducuntur, quodnam horum in quânam Doloris specie peccet, infra disquiremus.

XVII. Quantum ad crasin seu temperiem humorum vitiosè mutatam, quæ frequentissima dolorum præsertim vehementiorum videtur esse causa, cum liquores Corporis nostri, tum universales, tum particulares, quamvis aliquam in statu etiam naturali particularum constituentium habeant latitudinem pro varietate victus, eam tamen sui minimorum omnium conditionem requirant, ut tum invicem probè uniri possint, tum talem figuræ & motus sui obtineant normam, quæ cum partibus continentibus probè congruat, nec illis hostilis sit; status præternaturalis erit, & dolores excitabuntur, si amico hoc liquorum ad partes solidas respectu sublato contrariam & inimicam humorum particulæ faciem obtineant; quæ contrarietas prout vel est major, vel minor, & hujus vel illius generis, ita dolores & gradu & Essentiâ diversos efficit: qualis autem determinatè illa sit contrarietas in singulis dolorum speciebus, impossibile est homini definire, cum minimarum atomorum humores & partes solidas Corporis constituentium textura & habitudo nos lateat optimis licet Microscopiis adjutos. Quandoquidem verò hæc humorum dispositio hostilis, acrimoniæ nomine aliàs veniens, in tot dolorum Differentiis multifaria admodum & tantum non infinita est, ad sublevandum Intellectum ab infinito (ut loquitur *Celeberr. Lipsiens. Prof. Dn. Doct. Ettmuller. in Præfat. Diss. de Opii vi Diaphoret.*) abhorrentem, ad generales aliquot Classes omnis illa varietas reducit, & ex Veterum placitis vel biliosa vel atrabilaria, vel flatulenta; ex Recentiorum hypothesebus vel acida vel alcalica sive lixiva, vel denique falsa, *Sylvio* Salso-muriatica dicitur, prout vel ad bilis, Melancholiæ &c. secundum Veteres, vel ad Salis alcali, aut acidi &c. Recentiorum naturam accesserit, vel ex iis vitiosè exaltatis oriatur.

XIII. Causa Antecedens à modò explicata non differt nisi loco & considerandi modo. Eam verò & producant & movent Causæ Procatarticiæ, inter quas eminent Res Non-naturales dictæ, quarum bene se habentium legitimus usus quemadmodum Actio-



num omnium s.n. integritatem conservat ; ita eandem destruunt, si vel ipsæ sint vitiosæ, vel in earum usu peccetur. Quod ut speciatim ad Dolorem nostrum applicemus, hujus loci imprimis est ea harum rerum constitutio, quæ humoribus Corporis acrimoniam præternaturalem inducere, vel jam præsentem excitare potest, uti est 1. Aer, per respirationem vel poros cutis receptus, à Sole aut Igne intensius æstuans, aut atomis aliis Naturâ vel Arte acrioribus nimium prægnans. 2. Cibus, Sale vel proprio, vel alieno acriori abundans, aut facilis corruptionis in liquamen acidum, uti sunt fructus horæi dolorum dysentericorû, cholæræ, it. Lac acidum redditum Torminum Infantû frequentissima causa: Potus autem si acidum copiosius possideat, quam ut ab alcali Volatili Bilis in salsum mutari queat. 3. Vigiliæ nimix, quatenus spiritus, qui quasi frænum sunt particularum salinarum, absument, & eas hinc acriores relinquunt, quemadmodum Vinum ubi spirituum maximam partem amisit, in Acetum abit: & hoc etiam nomine inter excreta malè se habentia huc pertinet. 4. Venus immoderata, quæ hinc Arthriticis & aliis sanguinis diathesin acriorem habentibus admodum nociva esse observatur; similiter aliarum humiditatum benignarum Salia diluentium, nimia excretio huc Symbolam suam confert, quemadmodum etiam 5. Motus nimius quatenus & absument spiritus, & humorum particulas invicem allidendo exacuit, ut ferrum ferro acuitur. 6. Inter Animi Pathemata potissimum hujus loci est Ira, cujus humores afficiendi ratio eadem est cum Motu nimio. Prolixior autem harum Causarum recensio & dilucidatio ad specialem cujusvis Doloris considerationem pertinet à præsentis tractatione alienam.

XIX. Jubet verò jam Methodus nostra ut ad Differentias Dolorum progrediamur, earumq; potissimas proponamus, cum omnes nec Ægris possibile sit distinctè & clarè describere, nec Medicis dum illarum aliquæ, ut loquitur *Gal. de loc. aff. c. 6.* neque dum fiunt, cognosci, neque dum proferuntur, intelligi possunt. Earum autem præsertim rationem habebimus, quæ ab ipsa Doloris proprietate & natura desumptæ sunt, cum reliquæ, quippe Accidentales, tum minus notabiles sint, tum passim illarum mentio incidat, dum illæ ex professo tractantur. Habentur autem frequentiores & simpliciores Doloris species sequentes: Dolor ardens, pulsatorius, punctorius, gravativus, tensivus, rodens, lancinans, pruriginosus & formi-



cans; ex quibus varii alii dolores mixti & complicati oriuntur, nunc enim ardens pulsantem; tenfivus gravativum; lancinans pulsatorium locum habet.

XX. Dolor *ardens* Inflammationum, tum internarum, ut Meningum Cerebri, Ventriculi, Intestinatorum; tum externarum proprius, ortum habet à sanguine, aut propria, aut fibrarum continentium culpa alicubi subsistente, & per quietem vitiosam Effervescentiam concipiente. Quamdiu enim sanguis consuetum circuitum suum per Corpus absolvit, dum principia ejus activa passivis continuo obvolvuntur, ex illorum avolandi conatu ita impedito lenis saltem turgescencia oritur; ubi verò alicubi sine motu hæret, partes ejus volatiles à reliquorum vinculo & innexu se liberant, & fibras sensiles fortius, sed tamen consueto modo, afficiendo, doloris sensum efficiunt. Subsistit autem alicubi sanguis, vel ob copiam, cui continendæ Vasorum angustia impar est, vel ob visciditatem & crassitiem, vel ob transitum interclusum à fibris compressis, aut contortis, aut alio modo mutatis. Jungitur huic sæpe Dolor *Pulsatorius*, Capiti præ aliis partibus crebro molestus, qui ortum ducere videtur non ab Arteriarum expansione prohibita, quæ in tumoribus pluribus adest, in quibus tamen hic dolor non occurrit; sed à sanguinis ad locum inflammationis per Arterias recenter appellentis subitâ rarefactione, & Arteriarum insolita distensione & hinc fibrarum nervearum compressione. Est enim ejusmodi Inflammatio similis Igni, qui pulverem pyrium, sanguini de novo per Arterias accedenti hætenus similem, in partes minimas confestim resolvit, & quâ data porta erumpere, ac quandoque tormenta diffringere facit. Atque sub hoc Inflammationis & vitiosæ Effervescentiæ Statu cum sanguis subinde acrior redditus vicinas fibras sensiles vellicet, oritur dolor *punctorius*, quem pleura, Thoracem intus succingens Membran, imprimis celebrem facit, quamvis præter hanc ejus molestiam pleræq; aliæ membranæ experiantur, & inter eas præsertim crassiores exhalationibus acribus difficilius transitum concedentes, & hinc earum actioni magis expositæ.

XXI. Dolor gravativus ponderis loco affecto incumbentis sensum præbens, partes sensu minus notabili præditas infestat, uti Cerebrum & Viscera omnia. Ortum verò debet substantiæ cuidam inertis, plerumque serosæ, viscidæ, in partem aliquam depositæ.

Talis



Talis Dolor est in gravedine, & in ea lassitudinis specie, quæ ab humore seroso in interstitia fibrarum effuso dependet, cujusmodi est in Leucophlegmatia & aliis Cachexiæ speciebus. Cum hoc Dolo-  
 re affinitatem habet & sæpe concurrit *Tensivus*, (quem vulgò ex-  
 primunt dicendo, es spannet und zieht) in quo vel membranæ inte-  
 græ vehementius, quàm commodè ferant, expanduntur, diciturq;  
 tensivus in latitudinem; vel fibræ nerveæ à materia spasmodica ir-  
 ritatæ contractiones & tensiones violentas patiuntur, & per totum  
 quandoque Nervi ductum molestiæ hujus sensum excitant, & vo-  
 catur tensivus in longitudinem. Prior species obvia est in omni Tu-  
 morum præsertim calidorum, genere, a substantia solida vel fluida,  
 humore vel flatu, in Colica flatulenta, lassitudine post motum, Ce-  
 phalagia post ebrietatem. Hæc verò obvenit in Membrorum rigi-  
 ditate & Convulsione, Affectibus Hysteriis, Nervis vulneratis &c.

XXII. Dolor *rodens* live *mordicans*, (Germ. es naget und beißt)  
 qui & *terebrans* ac *perforans* dicitur, si intensior & fixior fuerit, &  
 speciem præbeat, ac si membrum terebrâ aut palo impacto perfora-  
 retur, conspicuus est in Cephalæa à vermibus, Calculis asperis aut  
 humore acri lixivo pronata; in Colicæ aliqua specie ab humore acri  
 pituitæ viscidæ tunicis pertinaciter adhærenti immerso, & hinc do-  
 lorem ejusmodi fixum producente; in calculo ex rene in ureterem  
 decendente, ubi tamen simul adest tensivus. Ejusmodi rofionis  
 sensus etiam observatur aliquando à Vermibus, Orificium Ventri-  
 culi sinistrum mordentibus, unde Ægri nonnunquam in Lipothy-  
 miam incidunt. Huic cognatus est Dolor *lancinans*, lacerans ac  
 divellens, vernaculè das Reißen dictus omnium penè acutissimus,  
 in Lue Venerea, scorbuto, Odontalgia ac Cephalalgia gravissima  
 in Colica aliqua, Arthritide, ulceribus observabilis. Hujus cau-  
 sam *Cel. Sylv. Prax. Med. L. 1. cap. 14. p. 186.* & cum eo Recentio-  
 res plerique acidi & alcali Patroni deducunt ab acido præternatura-  
 li & solitario existente, cujus particulæ instar gladiolorum aut no-  
 vacularum hinc inde in partes vibratæ eas intimè penetrant, ac re-  
 petitis identidem ictibus, aliquando presso pede, aliquando verò per  
 intervalla invicem excipientibus, divellant. Quem humorem ple-  
 rumque hîc peccare probant Ulcera dolores tales inferentia, quæ  
 acidum aliquando de subtile instar Aceti spirant, uti testatur *Excel.*  
*Dr. D. Ettmüller. Medicin. Hippocrat. chymic. 6. 2. §. 3. & Clar. Dr.*  
*Doct.*



*Doct. Bohn.* Emplastra Ulceribus imposita, ubi rursus detrahuntur talem odorem naribus exhibere aliquoties se observasse narrat in *Colleg. MSto, Chirurgic. Cap. de Ulceribus.* Ut taceam alioquos curiositate ductos gustu etiam faniem ulcerum explorasse & acidam sæpenumero deprehendisse; cui accedit argumentum à curatione petatum, quæ felicissimè per alcalia acido contraria perficitur. Proinde cum per adducta dolores in Ulceribus ab acido dependere planum sit, reliquos etiam lancinantes eidem ortum debere concludere licebit.

XXIII. Classẽm horum Dolorum auget etiam pruritivus, quamvis dum scalpendo exitus acrimoniæ paratur, voluptas sentiatur, cujus ratione medium illi locum inter dolorem & voluptatem *Willis.* concedit *Pharmaceut. Rational. Part. II. Sect. III. c. 6. p. m. 249.* Causa ejus rejicitur in humorem Salsum Membranas ac cutem præsertim ceu substratis aliis partibus densiorem vellicantem, & ad scalpendum incitantem. Huic non absimilis est Dolor *Formicans* dictus, à sensu, quem habet si formicæ in parte circumcursarent; quem efficiunt spiritus Animales ab influxu suo propter Nervum vel compeßum vel obstructum, hætenus impediti, & jam liberiori transitu, sublatâ ex parte remorâ, dato, fibras Nervi paulatim rursus elevantes, & sibi viam expeditam parantes.

XXIV. His de Essentialibus, Dolorum Differentiis breviter dictis, attingendæ adhuc sunt Verbo Differentiæ Accidentales à subjecto, magnitudine & duratione desumptæ. Subjecti ratione Dolor *Ostocopus* denominationem sortitus est, qui & profundus dicitur, aliquibus frangitivus, quod ossa in eo frangi & contundi videantur, qui tamen Sensus Membranzæ ossa investienti valdè sensibili inest. Deinde alius Dolor *universalis* dicitur, qui plerasque partes & potissimum Articulos affligit; omnes enim simul dolere non posse effectum est Hippocrat. de Morb. vulg. L. II. Sect. V. *Particularis* alius, qui unam vel aliquas saltem partes occupat. Pro magnitudinis & vehementiæ gradualius *magnus* vocatur, alius parvus, quemadmodum ratione Durationis vel *longus* vel *brevis* *continuus* vel *intermittens*, *vagus* vel *fixus*, prout materiam magis vel minus copiosam, discussionis minus aptam, mobilem item vel fixam obtineat, & prout ejus subjectum ad detinendam vel dimittendam causam peccantem comparatum fuerit.



*Costæ* autem cum suo gaudeant nutrimento & tamen impediuntur in longitudinem crescere, nodos sortiuntur & quoad extremitates in acumen elongantur, ut necessario pectus acuminatum appareat; Eò verò ipsò pulmones infarcti, hoc in angusto pectore capax spatium non invenientes, cartilaginem ensiformem extrorsum propellunt & eminentiam ejusdem producunt.

Restat, ut dicamus, quomodo articulorum ossa in carpis & talis articulorumque epiphyse in duos abeant nodos, quos *Glissonius tract. cit. pag. 11.* ejusdem cum ossibus substantiæ esse dicit. Hujus excrecentiæ ratio adest, modò si consideremus his *non licere* ulterius in longitudinem crescere, ob ligamentorum & musculorum brevitatem; *nec* incurvari, propter parvitatem; quando vero crescunt & augentur, coguntur in duos crescere nodos.

Corporis autem totius imbecillitatem & ad quemvis motum ineptitudinem, à spirituum animalium denegato sufficienti influxu dependere dicimus. Musculorum quippe actio, quam unicam statuit nempe attractionem *Isbrand de Diemerbroek in sua Anatom. l. 5. c. 1.* à spiritibus animalibus in eorum fibras influentibus & tumescuntiam quoad latitudinem; contractionem vero quoad longitudinem efficientibus unicè dependet, quo de vide *Renat. des Cartes tract. de homin. pag. 34. & seq.* Obstructa jam spirituum via & ipsi spiritus necessario deficiunt, unde dicta virium imbecillitas.

Tandem *entem laxam* esse & *flaccidam*, aliter fieri non potuit, cum ex hætenus dictis musculorum & membrorum extenuationes satis demonstratæ. Cutis vero tanquam integumentum commune, cum neque à muscu-



lis extendatur, neque à spiritibus sufficienter infletur, neque ab humoribus circulantibus debite irrigetur; hinc propter denegatum sibi & exterioribus partibus nutrimentum flaccescit & laxa apparet.

Tantum de phænomenis. Alia, si supersunt, ex jam dictis satis commodè deduci possunt.

## C A P. VII.

### de signis prognosticis.

**S**Equuntur signa Prognostica *salutem & Mortem indicantia*. Hic affectus plerumque ex se lethalis non est, nisi graviora symptomata alium periculosum accersant morbum, vel sanguinis & partium solidarum prava dispositio in utero contrahatur, quæ postmodum rarissimè curatur. Hinc

1. Affectus hic, si morbos alios, phthisin, tabem, Febrem Hecticam &c. comites habeat, vix ad salutem tendit.

2. Diarrhœa conjuncta ubi nullis cedit remediis, exitium portendit.

3. Morbus hic propriè natus, sive statim post partum invadens ferè semper lethaliatatem infert.

*Longitudinem & brevitatem* symptomata irruentia vel remittentia, morbi prægressi, dispositio proprio vicio contracta, vel hæreditaria & ætas indicant; quare

4. Quo disproportion & extenuatio major, eò curatio difficilior.

5. Quo enormior est capitis moles, eò longiorem spondet curationem.

6. Quo debilior spina dorsi, ferendoque oneri minus valida, eò pejus est.

7. Offa



7. Ossa quo à figura magis recedunt naturali, eò longiorem fore curationem indicant.

8. Symptomata ubi non augentur, sed potius minuantur, brevi reconvalescentiæ spem promittunt.

9. Morbus hic aliis magnis morbis superveniens mala notæ censetur.

10. Qui ex mero errore externo contractus morbus, brevior esse solet & curatu facilius, eo, qui hæreditaria quadam adhuc dispositione fovetur.

11. Ætate grandiores, junioribus; pedibus incedentes, non incedentibus facilius curantur.

Modum *eventus* docent naturæ vires, sic :

12. Quicumque ante quintum non curantur annum, postmodum, quamdiu auram trahunt, valetudinarii sunt.

13. Scabies aut Pruritus, huic supervenientes morbo, curationem pollicentur.

14. Ossa, *femoris* & *Tibiæ* quibus diu multumque secundum latitudinem potius, quam secundum longitudinem crescunt, hi plerique demum pumiliones evadunt.

15. Quibus verò ossa à longitudine naturali recedunt, & in curvitatē excrescunt, curati proceræ staturæ homines plerumque fiunt.

## CAPUT VIII.

### de Curatione in genere & ex fonte Chirurgico.

**I**Nvestigata & ad vivum quasi delineata, ea qua in præsentī placuit brevitate, morbi natura, proximum erit, ut curationi aliquot tribuamus pagellas, quæ quo recepta methodo curativa instituatur, necesse est, prius ponamus *indicationes*, quæ auxilia & horum materias monstrant.



*Curatoria* æqualem spirituum animalium distributionem & consequenter omnibus partibus debitam nutritionem præcipit; quod ut debite succedat,

*Præservatoria* causas demere debet, quas supra posuimus; Hinc ratione causarum omne illud, *quod* influxum spirituum animalium & circulum lymphæ impedire & laxitatem inducere potest, tollendum est, unde unde etiam illud natales trahat. Laxitas nervosi generis & spinalis medullæ corrigenda, sanguinis acidioris viscedo & limofitas emendanda, humores noxii è corpore eliminandi; præterea culinarum primarum corporis errores tollendi, iisque quantum possibile & medicamentis & idoneis cibis prospiciendum.

*Vitalis* indicatio ex prioribus, ut unda ex flumine, derivatur. Hæc vires restaurandas, spirituum majorem vegetationem & totius sanguinis crasin resuscitandam suadet.

*Symptomata* urgentiora quoque non sunt negligenda. Ossa incurvata in melius dirigenda; imprimis pulmonum infarctus, ne in phthisin degeneret; diarrhæa, hydrocephalus, hydrops, aliaque mala sedulo præcavenda.

Posita hæc methodo nunc remedia quærenda, huic satisfaciencia. Ea vero desumuntur è triplici Medicinæ fonte, Chirurgico, pharmaceutico & diætetico.

Ex *Chirurgia* multum solatii hoc morbo correptis afferre *Scarificationem aurium* tradit *Glyssonius* experientia *Empiricorum*; quod remedium tamen parum rationi nostræ consonum videtur.

Neque *Hirudines* multum hic conferre putamus, cum venis admotæ, non nisi sanguinis, æque boni quàm viscidioris, quantitatem depleant. Poti-



Potius huc facere videntur *Vesicatoria ex Cantharidibus* cum paucis oleo gummi Euphorb. remixtis parata & posteriori colli parti applicata, quæ cum sint partium tenuium, obstructions referare, visciditatem incidere, attenuare & partim evacuare possunt. Non enim molestia horum tanta est ac fonticulorum; sed, ut commodè tempori æquare possint, vel ulcera inde inducta per aliquot septimanas aperta servanda sunt, vel post eorum coalitionem applicatio nunc eodem, nunc alio in loco repetenda est.

*Fonticuli* nuchæ inter primam & secundam colli vertebram excitari quoque possunt, præsertim in adultioribus, in quibus setaceum applicatum, si non magis, saltem non minus, præstat, dum humoribus obstruentibus viam parant pro exitu patulam.

*Cucurbitule* secundum spinæ longitudinem appositæ, quatenus humoribus stagnantibus motum inducunt, non planè rejiciendæ. Uti nec *Friktiones* pannis siccioribus, calefactis vel suffitu *masticb.* & *tacamabac.* fumigatis institutæ secundum spinæ longitudinem, quibus humorum motus uti citatur, ita & pori recipiendis topicis aptantur. Huc quoque referenda *ossium incurvatorum fasciatio*, non tantum pro calore & fotu partium majori, verum & pro incurvatorum membrorum rectitudine promovenda; Hujus fasciationis modus & instrumentorum delineatio videatur apud *Glysson. tract. cit. pag. m. 364.* & alios Chirurgos.

## CAPUT IX.

### de curatione ex fonte pharmaceutico.

EX fonte pharmaceutico omnis generis promanant



præsidia, huic affectui debellando commodissima, quæ brevibus trademus.

In principio curationis, ubi ventriculus & intestina, priusquam obstructions referantia adhibeantur, à vitiosorum humorum saburra liberare necesse est, conveniunt evacuantia. *Enemata emollientia*, quibus humores vitiosi in & circa intestina stagnantes blande educuntur; dein *fortiora* cephalica, nervina, quæ partium suarum tenuitate & volatilitate obstructions tollere & nervos roborare possunt.

Infantes cum non tantum emetica ritè adhibita facile ferant, sed & iisdem multis cruditatibus in ventriculo collectis felicissime sublevantur, imò natura sæpe sæpius sibi molestum per superiora reddat, viam quasi monstrando, quâ sibi succurrendum; hinc emetica purgando in principio morbo, viribus adhuc constantibus, & quando in ventriculo materia vitiosa observatur. Hanc in rem commode præscribi queunt pro infante 6. mensium, sequentia:

R.  $\mathfrak{F}$ r. *emetic.* gr.  $\frac{1}{2}$ .

$\mathfrak{F}$  *nativ.* gr. j.

M. D. in lacte materno. vel

R. *oxysacchar. vomitiv. Ludovic.* 3℔.

D.  $\mathfrak{S}$ . Brechsafft.

Liberatis modo dicto primis viis, nunc præparantibus insistendum erit. Omnibus vero palmam præripere videntur ea, quæ acidum & viscidum sanguinem volatilifare, obstructions tollere & spirituum vel hoc modo quoque proventum promovere queunt, qualia ex simplicibus sunt radices *osmund. apii. filic. mar. sarsaparill. Cbin. Ebul. Lign. Guajac. sassafir. Cortic. fraxin. tamarisc. fol.*



*fol. beton. salv. capill. ♀is. serpill. Crocus maces, Castoreum &c.*

Composita absolvunt seq. *Jialia R. ♂is pomat. cydoniat. balsamic. essent. pæon. fumar. ♂ii* *Prisat. Elixir scorbutic. Rolsinc.* quod in infante quodam Principe hoc morbo de rento magnum attulisse levamen testis est *Excell. D. D. Waldschmid*, Professor Marpurgensium celeberrimus, Præceptor meus ætatem devenerandus. *Croc. ♂. Gratiol. lap. S. mater. perlar. perla ppt. ♂. diaphoret. ♂is nativ. ungarica* *♂* *♂ii rectificata, pulvis cachect. S. nus absorbens, contr. casum D. Wedel.* Nec immerito huc referimus pulveres contra strumas, quorum in debellando acido fixo vis insignis est.

Ex his pro ratione ætatis varias formulas quivis concinnare poterit & infantibus & nutricibus, si quibus adhuc indigent, propinare. Pariter hunc in finem *Vina & Cerevisia medicata* ex chalybeatis, lignis, radicibus & nervinis Nutrici commode ordinantur.

Cum vero hic morbus non uno curetur remedio, consultum est præparantibus interponere cathartica leniora pro ratione ætatis ex jalapp. rhabarbar. mechoac. alb. sir. de cichor. c. rhab. elect. lenitiv. & similibus; cavendo tamen, ne fortioribus vel nimia purgantium continuatione fluxum humorum citemus sæpe periculosum; quò depauperatur succus alibilis, & superflui spiritus consumuntur, unde diarrhœa talis exitialis morbo ultimum addit complementum. Neque inconsultum erit, purgantia tutiora cum præparantibus miscere, quo una fidelia duos dealbare possimus parietes. Formul. seq. Infanti 6. mens.

*Rx. jalap. ppt. gr. vj.*

*specific. cephalic. Sin. gr. iij.*

*ent. ♀. Boyl. gr. j.*

*M. F. ♂. S. Purgierpulverlein,*

vel:



vel:

℞. mann. calabrin. 3℞.

▽ pæon. 3ij.

M. F. potio. S. Purgiersafft.

*Diaphoretica*, cum ☉ le volatil. vel alcalino fixo acidum sanguinis & humorum circulantium ligans invertere, debellare; eosdem verò attenuare, fluxiles reddere & serofos humores per vias patulas corporis ejicere valeant, multam sane reconvalescentiæ spem nobis faciunt. Talia sunt: *Ra bezoard. Rolfinc. D. Wedel. M S. ~ C. C. ebor. \*c. ♀r. sambuc. liquor. C. C. succinat. ½. diaphoret. C. C. philos. bezoard. 3ial. cachect. Ens ♀is Boyl.* quod pluribus commendat *Majow. tr. cit.* Observandum tamen, ritè præparatum eligendum esse hoc Ens ♀is, quod luteus manifestat color. Operatur per ambitum corporis sudores proliciendo; sæpè etiam per vias ☐arias pro varia humorum peccantium dispositione.

*Diuretica*, partim supra tradita, hunc subeunt census, dum ∇ea porosa sua substantia acidum absorbent, sanguinemque resolvunt, ut hoc modo quasi fundantur & præcipitentur, statim ejus efficientes particulæ heterogeneæ, & sero dilutæ per vias ☐arias eliminantur, vel ☉e fixo contrario stagnationis principium destruat ex ocul. *☉. matr. perlar. & horum magist. conch. succin. alb. ppt. arcan. ♀ri, arcan. duplicat. & simil.*

Ulterius *nervina & cephalica* huc referenda, quæ deficientes spiritus & torpescientes reficiunt vi sua balsamica volatili, & humoribus fluxilitatem inducunt debitam, e. g. *rosmarin. chamædr. chamæpyt. stæch. arab. salu. major. essent. succin. castor. lignor. pulv. epilept. march. cephalic. rubr. specif. cephal. D. Michael. &c.* ∇ & *analeptica & epilepti-*



*leptica, spirituose ex specificis floribus parata commenda-  
danda veniunt.*

Tandem Massam sanguineam *roborantia*, tonum viscerum conservantia & chylicationis opus adjuvantia desumenda ex *essent. traumatic. DD. Rolf. Wed. lign. aloes. elix. pectoral. condit. calam. aromat. Nuc. mosch. in India condit. pulv. Haly contr. phthys. recent. dispensat. spec. Diamargar. frigid. & pluribus aliis.* Hæc de internis.

*Topica* jam recensenda veniunt, quæ obstructos poros referare, fibras emollire & nervos ab impuritate liberare queunt; qualia sunt *fotus & balnea* concinnata ex speciebus roborantibus & nervinis jam dictis, vel cum vino coctis, vel cum  $\forall$ i digestis, qualis  $\forall$ i cum *urtica minor. urente* digestus & cum  $\nabla$ a *magnanimitatis* mixtus plurimum pollet, ut & *essent. castor. rosmarin. spirit. lumbric.* hic nominari merentur.

Magni momenti sunt itidem *unguenta & linimenta* in progressu morbi adhibita, ex nervinis, resolventibus & roborantibus mixta. Hanc classem subeunt, *olea petrol. laurin. lumbric. Destillata salv. rosmarin. spic. lavendul. therebintb.* Pinguedines *human. tax. medull. crur. vitul. unguenta agripp. dialtb. & compositum, quod habet Strobelberg. tr. de affect. pueror. pag. 61.*

$\mathcal{R}$ . ungt. nervin.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ .  
pingued. castor.  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .  
bals. de Peru.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ .  
ol. succin. rosmarin.  
salv. ana gt.  $\mathfrak{ij}$ .

M. F. Ungt.

Inter *Emplastra* laudem merentur *Empl. de betonic. oxycroc.* de cujus usu attamen notandum, quod quam facil-



lime pustulas excitet, quare non promiscue adhibendum, nisi velimus inflammationem excitare. Simplex laudamus sequens:

R. *cera flav.* ʒʒ.

*resin. pin.* ʒi.

*ol. Fr. foetid.* ʒi.

M. f. l. a. Empl.

## CAPUT X.

### de Diæta.

**T**ertius restat fons, diæteticus, qui multas nobis, tum ratione præservationis, tum ratione felicioris curationis spondet vires. Ex hoc *victus & vivendi regimen* monstrabimus brevissimis.

*Aërem* exoptamus temperatum, qui si haberi nequeat, quantum possibile arte corrigendus erit, imprimis frigidus, qui poros teneriorum corporum quam facillime occludendo, transpirationem impedit, infimul & humores circulantes incrassando variarum fluxionum mater existit.

*Cibus* præbeatur facilis coctionis & bonæ digestionis; fugiantur contra *Θita*, viscosa & quæ obstructionibus ansam dare queunt. Lactantibus præprimis præcipiendum, ne lactatio fiat vel inordinata, vel superflua; hinc non ad quemvis infantis ejulatum lac præbendum, etiam more muliercularum ad vomitum usque; hæc enim lactatione lac priori jam subacido nondum concocto novum superingeritur, undè necessariò cruditates insequuntur. Ut itaque lactis hic major habeatur ratio, Nutrices promiscuam alimentorum ingluviem devitent,



& acida, salita, infumata, caseosa, & præsertim fructus horarios parca sumant manu; nec famelicæ ventriculum nimis onerent, potius sobriæ infantum agant curam, quare post singulos pastus parum seminis anisi, carvi, & quod optimum, foeniculi, ejusque radicem in cibis, manducare conducit, horum enim volatilitas aromatica coagulationem lactis impedit & humores nutritios optimè disponit. Nec minus pultis habenda est ratio. Præstat omisâ farinâ, ex pane triticeo exiccato, nunc minutim contrito, cum lacte & tantillo seminis anisi pulverisati pultes conficere.

*Potum* quod attinet, concedatur consuetus, optime tamen defecatus æque nutritibus, quam infantibus ulterius lac non sugentibus.

Cum *exercitiis* sanguis attenuetur, omnesque humores stagnantes in majorem, quàm antea citentur motum & obstructions corporis hinc inde factæ tollantur, suademus pro ratione ætatis convenientem jactationem cunarum, gestationem in ulnis nutricum, lusum in sedendo, & ubi vites permittunt, ambulando, & exercitia huic ætati convenientia, ad quæ vel studio adigendi sunt infantes.

*Somnus* sit moderatus, non excessivus, qui humores ad obstruendos poros disponat, sitque ordinarius. Nec excedant *vigiliæ*, à quibus spirituum depauperatio & consequenter humorum stasis proveniunt.

*Animi pathemata* ne exorbitent in nutritibus præsertim, nec terror, nec tristitia, nec ira lactis mutant genium; infantibus autem gaudium, crescenti ætati succurrat, vitatis terroribus, lacrymandique occasionibus.

*Excreta* tandem & *retenta* suo respondeant officio.



Nutricibus non fluant menses, nec foecundus coitus lac aliorum derivet. Lac, infantum alimentum, varie deturpatum, aut loco partium chylosarum, serum  $\Theta$ ibus imprægnatum præbere, infantibus varia incommoda parare aptum est. Infantes justo tempore & quantitate reddant excernenda, ne à retentis sanguinis tenera compages inquinetur, neque ab excernendis eadem dissolvatur. Illis per clysteres emollientes, suppositoria & aliquando lenè pharmacum; his stypticis & roborantibus succurrendum.

Tantum! Deo T.O.M. fit Laus,  
honor & gloria!

---

**Q**uò mage subtili decurrit machina filo,  
hoc magis artis opus reddere quassa sibi.  
Difficile est gravidis tenerisque parare mede-  
lam,

lesio quos facilis non reparanda capit.  
Tu satagis quævis obstacula tollere dignè,  
unde Tuo capiti digna corolla venit.

Cl. Candidati honoribus ex merito  
applaudo, unaque felicissimos  
successus amicâ mente precor

Georg. Wolffg. Wedelius. D.

F I N I S.